

Pro Cluent. Equidem quod ad me attinet; quò me veritam nescio: negem fuisse illam infamiam corrupti iudicii: negem illam rem agitatam in concionibus? jactatam in iudiciis? commemoratam in senatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam, tam vetustam? Non est nostri ingenii: vestri auxilii est (iudices) hujus innocentia, sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma atque in communi incendio subvenire.

Phil. 1. Quid putem? contemptum ne me? non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despiciere possit Antonius. An in senatu facilimè detrahi posse credidit? At qui ordo clarissimis civibus benè gesta Reipubl. testimonium multis, mihi uni conservata dedit. An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est: Quid enim plenius, quid uberius, quàm mihi et pro me, et contra Antonium dicere? Illud profectò est: non existimavit sui similibus probari posse se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus.

In Orat. ad Brut. Vtrum difficilius aut majus esset negare tibi sepius idem roganti, an efficere id quod rogares, diu multumque, Brute, dubitavi, &c.

Pro Q. Ligar. Obsuit eo tempore plurimum Reipubl. consulum sive stultitiam sive malitiam dicere oportet, sive utrumque.

Pro A. Cluent. Non dico, iudices, hoc tempore, id quod nescio, an dici oporteat illum majestatis esse damnatum.

Æneid. 4. En quid agam? rursusne procos irrifa priorum.

Experiar? Nomadumque petam connubia supplex.

Quos ego sum toties iam dedignata maritos?

Illiacas igitur classes, atque ultima Teucrum

Iussa sequar?

Ibid. Heu quid agat? quò nunc reginam ambire furentem

Audeat affatu? et quo prima exordia sumat?

Cor. Tacit. 20. Censet literas Tiberii ad Senatum scriptas, quas per Addubitationem exorditur his verbis: Quid scribam vobis P. C., aut quomodo scribam, aut quid omninò non

non
per
E
sine
quò
V
tion
P
ord
imm
Il
posse
est
ver
ut
in
Deu
(l
eais,
Vbi p
bent.
adhi
cum
citur
m pe
dum
pè dix
pro D
D
deli